

RAYMUNDUS TELLERÍA

DE APPROBATIONE PONTIFICIA
ET REGIA MONIALIUM SS. REDEMPTORIS

Actuale monasterium Scalense suam novit praehistoriam ac protohistoriam sicuti quaelibet pristina Institutio.

Praehistoriam dicimus periodum, quae ab anno 1634 post apertionem testamenti R.D. Laurentii de Mura decurrit usque ad annum 1719. In hac periodo Scalae erigitur centrum quoddam educationis, cui nomen addicitur: *Venerabile Conservatorium Puellarum* sive *Venerabile Conservatorium Puellarum Virginum Populi* sive demum, saltem ab. an. 1674, *Venerabile Conservatorium Puellarum Virginum sub titulo Sanctae Mariae Conceptionis* vel simpliciter *Sanctissimae Conceptionis*, ratione ecclesiolae quae tanto privilegio mariano dedicata erat. Tunc vero, post missionem a PP.bus Filangieri et Falcoiae Scalae an. 1719 praedicatam, nova periodus inceptit quam protohistoriam nuncupare licet, utpote documentis abundantioribus fulcitam. Utramque periodum nos aptiore occasione illuminaturi, malumus hodie alium monasterii eventum commentare, videlicet pontificiam ac regiam Regulae et Constitutionum approbationem, quae annis 1750-1751 feliciter perfecta fuit.

Huius Causae seu Positionis divulgationem, praeter beneficium documentis insitum, persequimur tanquam iustum obsequium Venerabili Mariae Caelesti Crostarosae exhibitum recurrente hoc anno illius mortis bicentenario. Licet enim Ven. Sororis nomen, propter notas internas monasterii vicissitudines, in oblivionem tunc temporis abiisset, iure tamen ab historia vindicatur, quae in Regulis et Constitutionibus a Sede Apostolica confirmatis libenter agnoscit Venerabilis inspiratricis manum ac providentialem missionem.

Antecedentia approbationis historica, vel obiter descripta, sufficiens nobis lumen porrigunt, quo penitus scopum atque momentum documentorum discernamus. Ex quo enim an. 1738 a Scalensi Anastasii domo recesserunt s. Alfonsi discipuli, non una perstitit apud Moniales SSmi Salvatoris de Regula Crostarosiana sententia, ideoque varia tentamina surrlexerunt ad pristina Ordinis Visitationis statuta assumenda. Nihil inde mirum quod, Monialium etiam consiliariis inter se dissentientibus, irrequies animorum claustrum agitare et cuncti solutionem definitivam per Apostolicae Sedis interventum expeterent. Huius communis desiderii vestigia in epistola comprobamus, quam Ven. P. Ianuarius Sarnelli ex missione Casa-

vatore, prope Secondigliano, ad suam filiam spiritualem Sor. Mariam Angelam « del Cielo » die 2 februarii an. 1743 misit: « Intorno alla approvazione delle Regole, fa bene la Madre Superiora a procurarla, ma senza sollecitudine, e V.S. fa meglio se si rimette a Dio totalmente e si contenta di portare questa pena che cagiona sentire non essere né monache né secolari. Attendete ad esser sante e professe innanzi a Dio... Non intendo con ciò non approvare le umane, ordinate e regolate diligenze, ed un'orazione sottomessa e subordinata al Signore » (1).

Zelantissimi missionarii consilia eo vel magis iucunda monialibus visa sunt, quod paucos ante menses ad regendam sedem Scalensem evectus erat R. mus Blasius Chiarelli, cui ab initio nihil fuit antiquius quam monasterii spiritualem profectum impellere. Huius impulsus memoriam comperimus in Archivo Vaticano apud Regestum Monialium, ubi servatur haec decisio Sacrae Congregationis Ep. et Reg. in sessione habita « die Veneris 19 iulii 1743, hora 13 »:

Scala al Vescovo. Altra [epistola] simile [id est, pro informatione et voto] per le monache del Salvatore (2).

Decisionem et subsequentem S. Congregationis epistolam provocaverat sequens inedita supplicatio Monialium in eodem Archivo recondita:

Eminentissimi e Reverendissimi Signori.

Essendosi fin dal dì 20 maggio dell'anno 1720 fondato un Monastero nella città di Scala sotto la Regola di S. Francesco di Sales, che osservarono le Religiose con tutta esattezza sino alli 6 agosto 1731 nel qual tempo presero poi la Regola del Salvatore, che anno osservata e presentemente ancora l'osservano con le debbite licenze dell'Ordinario; avendo stabilito il muro per la clausura, et essendo ancora in numero sufficiente con 25 coriste, 6 laiche et altrettant'Educande, umilmente supplicano l'EE.VV. per la licenzá di ridurlo a clausura. Che etc.

Transumptum huius supplicationis invenimus etiam in Archivo ex-Curiae Ravellensis (3) simul cum petitione cardinalis Firrao ad Episcopum Scalensem, quae sic sonat:

Di Roma.

Ill.mo e Molto Rv.do Monsignore e Fratello.

Trasmetto a V.S. per commandamento di questi Eminentissimi miei Signori l'annesso Memoriale dato a nome delle Monache del Salvatore di cotesta città, acciò pienamente informi la S. Congregazione sopra l'esposto in esso, con aggiungervi insieme il suo parere, e Dio la prosperi.

Di V.S.

Roma 29 luglio 1743.

G[iuseppe] Card. Firrao
R[affaele] Arc^o di Damietta, Segretario

Scala al Vescovo.

(1) KUNTZ, *Commentaria* II 119.

(2) Archivum Vaticanum S. Congr. EE. RR., Regestum Monialium 1743, 19 iulii (sine fol.).

(3) Archivum ex-Curia - Ravello. Madri Redentoriste, doc. V.

Asserere nequimus utrum Moniales, quae interea alia negotia iudicio Sacrae Congregationis mandarunt (4), hoc quoque approbationis confovere perstiterint; an potius, iniquis etiam belli a rege Carolo suscepti temporibus obstantibus, in meliorem occasionem distulerint, donec scilicet monasterii Regula a viris peritis examinaretur, praesertim a piis operariis, qui suam communitati operam conferre perrexerant. Hinc facile explicatur quomodo P. Villani, mense novembri an. 1748 Romam adveniens, suam actionem pro nostris Regulis adprobandis inchoaturus, invenerit apud pium operarium P. em Franciscum Sanseverino codicem Regulas Monialium exhibentem: « In camera di don Ciccio [Sanseverino], scribit P. Villani die 18 novembris, stavano le Regole del monisterio di Scala e credo che lui n'abbia avuto il pensiero d'aggiustarle per farle rivedere. Lo pregai a trattarsi di presentarle, perché avrebbero potuto pregiudicarsi » (5).

Obtenta demum a P. Villani nostrarum Regularum approbatione, minus arduum videbatur eandem pro Monialibus consequi; immo, non deerant qui affirmarent alteram in altera implicari. « Non vi è bisogno di dottori o teologi, scribit P. Caesar Sportelli, per intendere che approvata la nostra Regola, sii approvata la vostra » (6). Attamen evidens erat quod actu positivo Sanctae Sedis Moniales indigerent, ut etiam in foro externo approbationis pontificiae privilegiis gauderent. Nova igitur fiducia etiam a s. Alfonso consiliis adiutae, manus admoverunt, ut Summo Pontifici causam repraesentarent. Hinc nata est Positio officialis, cuius documenta huic nostro commentario adnectere intendimus.

Aliae, ni fallimur, communicationes Romam inter et Scalam super hoc negotio habitae sunt; sin aliter, optimos noverunt Moniales consiliarios, qui ipsas docuerunt Curiae stylum, cui in responsionibus sese accommodare debebant. Curia etenim Romana, cum de novo monasterio vel potius de antiquo conservatorio in clausurae monasterium commutandum agebatur, conditiones praestituebat septem capitibus ordinarie expressas, scilicet: 1) monasterium condendum vel transformandum aedificio capaci praeditum exigebatur, 2) ecclesia omni suppellectili ac choro ditata, 3) monasterio cum redditibus fixis, 4) annuo pecuniae introitu ad singulas moniales alendas, 5) Regula iam adprobata vel adprobanda, 6) numero religiosarum earumque voluntate ad clausuram expetendam, 7) dote pro choristis et conversis (7).

Ex his conditionibus ea maioris momenti videbatur, quae indolem iuri-

(4) Die 8 maii an. 1744 S. Congregatio permisit ut, annuente Ordinario loci, Moniales quemdam « fundum in emphyteusim » traderent; die vero 31 iulii, ut « praefatum fundum » venderent sub conditionibus in Rescripto appositis. In utraque sessione Regestum colligit decisionem hac formula: « Scala. Monastero del SSmo Salvatore ».

(5) KUNTZ, *Commentaria* III 316.

(6) *Epistolae ven. S. D. CAESARIS SPORTELLI* [ed. C. HENZE], Roma 1937, 201. Praemittit iudicium Ven. Mariae Caelestis minus favens: « Che voi non entrate con Noi? - Lasciate queste proposizioni alla povera Sr. Maria Celeste, ed agli altri, che si sono attenuti con lei ».

(7) Conditiones istae eodem fere tempore, nempe die 2 dec. an. 1747, a S. Congregatione praesignatae fuerant Priorissae et Monialibus carmelitanis « del Conservatorio del SSmo Salvatore » in insula Capri degentibus, et ad « reformationem » pertinentibus Ven. Sraphinae. Huic reformationi pariter adscriptum fuit monasterium SS. Ioseph et Teresiae in oppido Marigliano, ubi Ven. Sor. Maria Caelestis suam vitam religiosam inchoavit.

dicam domus Scalensis respiciebat: utrum nempe conservatorium esset an non. Sedes namque Apostolica et Episcopi nimias saepe molestias subire cogebantur ex conservatorii regimine. Conservatoria videlicet nihil aliud saepe erant quam collegium puellarum « laicum », a viris laicis fundatum: proinde absque regula canonica aut religiosa, sine votis, absque efficaci et independenti Ordinarii locorum interventu, fere in omnibus (etiam pro confessariorum nominatione) subiectum sic dictis « gubernatoribus » civilibus.

Quibus praecognitis, probe intelligimus cur in his documentis Moniales strenue conentur originem monasterii a reformatione seu potius nova fundatione repetere, quam PP. Filangieri et Falcoia patrocinati sunt, dum ex opposito Cappellanus Maior, servitio regis obnoxius, relationem monasterii cum primitivo conservatorio specialiter connotat. Re autem vera uterque relator iure suam quisque partem factis obiectivis conformem refert: quoad temporalia etenim conservatorio monasterium successerat, cui praecedens propter ecclesiam titulus SS.mae Conceptionis servatus fuit; quoad spiritualia novam prorsus inierat viam, quam Moniales luculenter documentis ac Regulis exponunt.

Approbationis romanae tramites nullo, ut videtur (8), gravi obstaculo gravati sunt. Si enim sub finem mensis februarii vel initio martii an. 1750 documenta Scala Romam fuere transmissa, vix duo menses effluerant cum Em.mus Besutius, Causae coram Sacra Congregatione Relator, mentem suam aperuit ac votum benevolum subscripsit. Quod vero suum propositum haudquaquam manifestarit nisi post nonnullas Regulae emendationes, aegre de his hodie iudicium ferre possumus, cum suspicemur quaedam documenta a Positione officiali segregata fuisse.

Huius Positionis, quam in hoc fasciculo edimus, apographum duplex in Archivo Secreto Vaticano reconditur: aliud in Congregatione Concilii sub hac rubrica: Anno 1750, filza 806, die 9 maii, pars I, *Scalensis et Ravellensis*; aliud in Secretaria Brevium sub hac indicatione: vol. 3211, Benedictus XIV, iunius 1750, pars II, fol. 86-101. Volumen pelle religatum, 29 x 20. - Duplicitas apographorum est relativa, quatenus in utroque Archivo adservatur exemplar manuscriptum Regularum et Constitutionum necnon supplicationis ad Summum Pontificem (Cfr infra, doc. VI); caetera documenta ad sectionem Concilii pertinent.

In approbatione regia nihil est quod immoremur nisi ad sublineandam fortunatam Cappellani Maioris in agendo contradictionem, quippe qui, postquam adeo sese difficilem in adiuvandis nostris Missionariis monstraverat, benigno ore ac calamo vota Monialium suscepit et commendavit. Ingens gaudium, quo Summi Pontificis oraculum (9) ac regis Caroli benevolentiam acceperunt Moniales, devinari non est arduum, ideo vel magis quod post solemnitatis sigillum earum votis appositum florere in spe novam familiam

(8) In vita Sor. Mariae Raphaelae «della Carità» documentum affertur, iuxta quod prima monasterii restauratrix, nempe Sor. Maria Iosephina «della Croce», obstitit quominus Em.mus Besutius votis monialium obsequeretur (F. BOZZAOTRA, *Vita della Madre Maria Raffaella della Carità*, Napoli 1884, 64-66). Documentum istud anonymum, absque die et anno allatum, probabiliter facta et tempora permiscet.

(9) BOZZAOTRA, o.c. 67.

cernebant, cui septem post menses quattuor ferventes novitias per professionem adscribi praeviderunt.

Quibus infra per documenta illuminatis, menti subest interrogatio, utrum et qua mensura horum eventuum notitia ad Ven. Mariae Caelestis Crostarosa pervenerit. Re autem vera nescimus (10). Ipsa etenim ab anno 1738 in urbe Fodiana (Foggia) pium SSmi Salvatoris asceterium erexerat, paupertate et religioso fervore — dum ipsa vixit — venerandum, quin tamen indolem monasterii clausurae papalis indueret. Paucos menses post mortem « sanctae Priorissae » Episcopus Troianus scripsit in sua Relatione ad S.C. Concilii: « Monasterium SSmi Salvatoris, utpote nuper fundatum, habet solummodo clausuram episcopalem » (11). Hac de causa tanquam conservatorium ab omnibus agnoscebatur. Quin immo: decennio transacto, in dubium a Gubernio vocata fuit erectio canonica conservatorii, cuius membra ad Regis protectionem sese appellaverant contra loci Ordinarii dispositiones. Hoc tamen minime impedit quominus intra conservatorium et apud incolas memoria servaretur felicissima eximiae Fundatricis, cui volvente saeculorum rota Filii ac Filiae SSmi Redemptoris sensus grati animi et sinceræ venerationis libentissime expromunt.

DOCUMENTA

DOCUMENTUM I. - *Origo Monasterii exponitur documento anonymo, quod nec initio nec in fine exhibet auctoris identitatem.*

Ritrovandosi nella città di Scala nel regno di Napoli un monastero che poteva dirsi più tosto una casa di Donne rinchiusa senza ordine, senza Regole, senz'abito e senza direzione, regolandosi dal reggimento laico della medesima città, né ad esse, oltre la legna, si somministrava cosa alcuna, e tutte dovevano vivere con le loro fatighe. Per gl'inconveniente che tuttavia occorrevano fu dismesso per qualche tempo, dopo di che il Pubblico della città supplicò il P. D. Maurizio Filangieri de' Principi di Arianello, della Congregazione de' Pii Operarj, per la fondazione in esso di un Monastero. Il Padre accettò l'impegno e con il suo denaro e con altro che si procurò ridusse la fabbrica a termine che vi potesse abitare un numero competente di religiose, e provvide il monastero e la Chiesa di tutte le necessarie suppl-

(10) Nescimus, videlicet, utrum ad suam cognitionem pervenerit textus Brevis pontificii et Regularum forma definitiva oraculo S. Congregationis sancita. Quod vero factum approbationis ad aures Venerabilis per missionarios pervenerit, supponi quidem potest, etsi ex documentis non constet.

(11) Archivum Vaticanum. S. Congr. Concilii, Relat. dioec., Troiana 1756.

lettili; e nell'anno 1720 essendo Vescovo di detta città di Scala Monsignor Guerriero nel dì 20 maggio, terza festa della Pentecoste, vi furono ammesse dodici zitelle sotto la direzione di Suor Maria Giuseppa Schisano, oggi della Croce, che viveva in casa da pinzochera esemplarmente, e questa fece da superiora, e come da Fondatrice. Il detto P. Filangieri avendosi addossato il pensiero della fabbrica e mantenimento delle religiose, per il regolamento della coscienza e spirito di esse ne incaricò il P. Tommaso Falcoja, allora similmente pio operario, e poi Vescovo di Castellamare, e sotto la direzione di questo avanzarono molto le religiose nello spirito. Vedendo esso P. Falcoja il desiderio universale delle religiose e la brama d'imitare Gesù Cristo formò egli le Regole fondate su dei Santi Evangelii e l'imitazione di Gesù Cristo, e con il permesso del Vescovo Monsignor Guerriero diede loro ad osservare con il nome di religiose del SSmo Salvatore, e nel dar loro le Regole con l'approvazione di Monsignor Vescovo gli fece un sermone sul tema: *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induimini*, esortandole alla perfetta imitazione di Gesù Cristo. In tutto il tempo che sopravvisse Monsignor Guerriero le religiose osservarono le sopraccennate Regole senza fare voto alcuno, ma essendo succeduto nel governo di quella Chiesa Monsignor Santoro dopo la morte del Guerriero, nel dì 17 giugno 1732 furono le religiose ammesse alla pubblica professione dell'Istituto del SSmo Salvatore facendo non solamente li tre voti di povertà, castità e ubbidienza, ma quello anche di clausura, e se ne rogò l'atto da pubblico Notaro (11), e così in appresso si è sempre praticato e tuttavia si pratica anco dal presente Vescovo (12) successore di Monsignor Santoro, vivendo le religiose in tale Istituto con somma pace, unione e avanzamento di spirito.

DOCUMENTUM II. - *Epistola seu Memoriale R.mi Episcopi Scalensis Blasii Chiarelli.*

Eminentissimi e Reverendissimi Signori, Signori e Padroni Colendissimi.

Si ritrova in questa città di Scala fin dal 1719 edificato un

(11) Notarius Dominicus Maria Verone, cuius fides in aliis Positionis instrumentis exquiritur.

(12) R. mus Blasius Chiarelli, Neapoli natus die 3 maii an. 1695, episcopus factus Scalensis et Ravellensis die 26 novembris an. 1742.

Monastero, o sia Conservatorio di DD. [= *Donne*] sotto il titolo del SSmo Salvatore, in cui con una regola data dalla felice memoria di Monsignor Falcoja de' Pii Operarj, Vescovo dopo di Castellamare, approvata dagli Ordinarj pro tempore, e dalla quale si è estratta quella per gli uomini ultimamente approvata dall'EE. VV. sotto il titolo del SSmo Redentore a suppliche del Padre Alfonso di Liguoro, si è vissuto e vive dalle religiose di esso con un'osservanza, ritiratezza del mondo e perfezione di vita che sono state e sono l'edificazione non solo di questa città, ma di tutti i luoghi convicini. Desiderando le medesime ardentemente avere approvata dalla Santa Sede questa di loro Regola, sotto di cui tanto si sono avanzate nella perfezione dello spirito, e con tal approvazione ancora la clausura, ne rimettono con le accennate Regole l'umilissime di loro suppliche all'EE. VV. che accompagnano con le mie riverentemente. Le rendite del monastero, che comprende vasta fabbrica e tutto il comodo e l'officine necessarie, sebbene non sia al presente che a ragione di ducati venticinque l'anno per ciascuna religiosa, oltre il giardino rinchiuso in esso, che somministra abbondantemente li frutti ed erbaggi per le religiose suddette, nondimeno una tal summa è più che sufficiente all'onesto mantenimento delle medesime, specialmente nella perfettissima comunità nella quale vivono, non possedendo cosa alcuna di proprio, e nella fertilità del paese nel quale ad assai buon prezzo si vive, potendo venticinque ducati in esso valutarsi come quaranta in altri luoghi, come coll'esperienza di trent'anni si è osservato, nel quale non solo han vissuto comodamente colle sole rendite del monasterio, ma coll'avanzo fatto da questo nel corrente anno si han levato un debito di ducati mille, che era sopra una casa pervenutali con tal peso nella città di Napoli. Oltre di ciò è da riflettersi che le Monache, che ora sono in esso essendovi state ammesse nelli primi giorni della Fondazione non portarono per elemosina dotale di ciascuna che ducati ducento, la quale ora si è avanzata per coloro che non sono cittadine(13), e che sono la maggior parte, fin a seicento.

Umilio all'EE. VV. su di ciò le fervorose mie suppliche, desiderando veder confermata dalla suprema autorità della Santa Sede a miei giorni questo venerabile luogo, in cui tanto è glorificato il Signore e consolato questo Pubblico, che ardentemente

(13) Sicuti mos erat in aliis regni monasteriis potiores partes puellis servabantur, quae intra oppidi septa (*cittadine*) natae erant ideoque privilegiis quoad dotem fruebantur.

lo brama, e riverentissimamente baciando all' EE. VV. le Sagre
 Porpore con profondissimo rispetto mi rassegnò
 Dell' EE. VV.

Scala, 7 maggio 1749.

Umilissimo Divotissimo ed Obbligatissimo Servo
 Biagio, Vescovo di Scala e Ravello.

DOCUMENTUM III. - *Supplicatio municipii Scalensis.*

Noi sottoscritti del Reggimento di questa Regia e fedelissima città di Scala testifichiamo a tutti e ciascuno, cossì in giudizio come fuori, come questo Venerabile Monistero del SSmo Salvatore di Donne Monache di questa suddetta nostra città che prima era dell'Ordine della Visitazione della Beatissima Vergine, istituito da S. Francesco Salesio, sotto la regola di Sant'Agostino, fin dalla prima erezione, o sia fondazione di esso, che seguì nell'anno 1720, si eresse col disegno di clausura, e mai di conservatorio, cossì se ne stipulò allora con questa predetta nostra città stromento di capitolazione per mezzo del fu notaio Domenico Verone, nostro concittadino, col quale si stabilì la dote di ducati trecento di Regno per le coriste cittadine: su tal idea ne fù formata la fabbrica di quello, in tal modo le religiose di esso sempre han rigorosamente vissuto e tuttavia seguitano a vivere con somma esemplarità di vita ed edificazione non solo di tutto questo pubblico, ma de' luoghi vicini ancora, e per tale è stato sempre reputato e tuttavia si reputa, cossì da questo Ill.mo e R.mo Prelato che da tutt' il Paese e città vicine, per non essersi mai veduto o inteso dire che ne questo Ill.mo Prelato o gli suoi antecessori, ne le religiose di esso, cosa che fusse stato dissone [!] dal rigoroso vivere ed essere di puro e vero Monistero claustrale. E per la verità abbiamo fatto la presente scritta di nostre proprie mani, e suggellata col solito universal suggello di questa predetta nostra città.

Scala, li 25 febbrajo 1750.

Orazio d'Affitto Sindaco
 Dr. Andrea Battimelli Eletto
 Dr. Basilio Campanile Eletto

[*Adest Sigillum*]

[*Subiungitur fides Notarii in hunc modum*]

Supra dictos Ill.mum D.num D. Horatium de Affitto, et

D.nos Doctores D. Andream Battimelli, et D. Basilium Campanile esse tales, quales se asserunt, nempe Syndacum, et Ediles hujus praedictae civitatis Scalensis, testor ego Franciscus Maria Verone Scalensis Apostolica atque Regia Auctoritate Notarius ac Secretarius ejusdem Civitatis, et ad fidem hic me suscripsi ac meo quo utor, signo signare requisitus.

Franciscus M^a Verone.

DOCUMENTUM IV. - *Fides Notarii Francisci M. Verone super natura Monasterii, quod tale fuisse asseritur, non vero Conservatorium.*

Fò fede io qui sottoscritto Apostolico e Regio Notario di questa Regia e fedelissima città di Scala, qualmente avendo osservato tutti gli stromenti di censi redimibili, di legati e di varie altre specie di contratti passati tra le religiose del Venerabile Monistero del SSmo Salvatore di Donne Monache di questa sudetta città, che prima dicevasi dell'Ordine della Beatissima Vergine istituito dal P. S. Francesco Sales sotto la Regola di S. Agostino, con diverse persone di questa predetta città, tanto quelli stromenti stipulati da me, quanto quelli stipulati dal fù D. Domenico Verone mio zio, gl'atti del quale per me si conservano, dal principio della fondazione, o sia erezione del Monistero sudetto, che seguì alli 28 aprile dell'anno 1720, nel qual tempo, e propriamente nel sudetto dì, mese ed anno fù stipulato stromento colli Signori del Governo di quel tempo di questa predetta città in nome della stessa di erezione del detto nuovo Monistero, e capitolazione insieme per la dote da darsi dalle Coriste cittadine per mano del fù Notaio D. Domenico Verone, fin oggi, mai in veruno de sudetti contratti si disse di eriggersi da nuovo detto Monistero sotto condizione di conservatorio, ma espressamente si dichiarò quello eriggersi di nuovo in forma e qualità di Monistero Claustrale, e cossì d'allora in poi, e fin oggi in ogni contratto di qualunque specie ed in ogni legato pervenutoli sempre si è dichiarato Monistero, ne mai affatto conservatorio. Siccome tutto ciò più distintamente si legge da tutte le sudette scritture, cossì da me come dal predetto fù Notaio D. Domenico Verone, mio zio stipulate, a quali in omnibus mi riferisco. Ed in fede io Francesco Maria Verone di detta città di Scala, come sopra Apostolico e Regio Notajo ho fatta la presente scritta e sot-

toscritta di mia propria mano, e segnata col mio solito segno richiesto.

Francesco Maria Verone.

[*Adest Sigillum*]

DOCUMENTUM V. - *Elenchus proprietatum ac reddituum Monasterii completus exhibetur, cuius tamen propter suam trium paginarum extensionem transcribimus dumtaxat summam bonorum cuiusque speciei.*

Notamento di tutte le religiose che attualmente convivono nel Monistero del SSmo Salvatore di Donne Monache di questa città di Scala, e delle annue rendite che lo stesso possiede, di annui cenzi redimibili, cenzi enfiteutici, arredamenti fiscali e beni stabili che stanno su dominio del detto Monistero.

Religiose che convivono nel detto Monistero

Nel Monistero sudetto convivono le seguenti Religiose, cioè ventitrè Coriste, sette converse e quattro educande, e non altre [*Desunt nomina*] (14).

	<i>Ducati</i>
A) Cenzi redimibili che possiede il detto Monistero	269,50
B) Cenzi enfiteutici che possiede	22,55
C) Arredamenti che possiede	148,54
D) Fiscali che possiede	156,04
E) Beni stabili che stanno in dominio del monastero	450,30
F) Entrate vitalizie del monastero (15)	60,00
G) Alimenti che si corrispondono (16).	100,00

1206,93

[*Adiungitur fides notarii Francisci M. Verone*]

(14) BOZZAOTTA (l. c. 70-71) elenchum affert Monialium, quae tempore approbationis monasterio adscribebantur. Huiusmodi elenchus ad confirmationem Constitutionum episcopalem an. 1764 referendus est. Quod vero ipse suspicatur, ex defectu nominis Sororis Mariae Iosephinae a Cruce, ipsam vel mortuam prius fuisse vel e monasterio desiluisse, animadvertimus primam hypothesim veram esse. Sanctimonialis enim vitam cum pia morte commutavit die 28 iulii an. 1750, annos nata octoginta quinque (KUNTZ, *Commentaria* IV 71).

(15) Super hoc introitu adnotatur: « Il sig. duca d'Alvito per livelli di Suor Maria Emmanuele e Maria Arcangela Montes ».

(16) Haec subsidia pro puellis educandis in hunc modum recipiebantur: « D. Domenico Migliore per due figlie educande. - D. Matteo Romano per due figlie educande ».

DOCUMENTUM VI. - *Supplicatio Summo Pontifici oblata.*

Documentis quae exhibuimus praemissa erat supplicatio ad Summum Pontificem simul cum Regularum et Officiorum textu, qui in 42 capita distributus profertur et formula renovationis votorum et professionis clauditur. Cum vero impraesentiarum nova et critica Regularum editio seorsim praeparetur, hic subiungimus tantum supplicationem Summo Pontifici oblatam.

Beatissimo Padre

Le religiose del Monastero del Santissimo Redentore della Città di Scala nel Regno di Napoli umilissime Oratrici della Santità Vostra riverentemente espongono come fin dall'anno 1719 fù fondato il loro Monastero con licenza et approvazione di Monsignor Vescovo di quel tempo, e con la medesima approvazione e sodisfazione de' Vescovi successori avendo puntualmente e con ogni esattezza praticate le annesse Regole per lo spatio di anni trentuno con perfetta comunità; et essendo presentemente ridotto il detto Monastero in buonissimo stato sì per la fabbrica come ancora per l'entrante [!] sufficienti al numero delle religiose per poter vivere in perfetta comunità, umilmente supplicano la Santità Vostra degnarsi approvare le annesse Regole, e concedere alle Oratrici la clausura: che etc.

DOCUMENTUM VII. - *Informatio Cardinalis Besozzi circa Regulam Monialium.*

Approbationis negotium adeo solerter atque expedite processit, ut die 2 mensis maii eiusdem anni card. Ioachim Besozzi OCist., Paenitentiarus Maior, qui anno superiore Regulas nostras adprobaverat, subscripserit hanc de Regulis Monialium informationem:

Eminentissimi et Reverendissimi Domini Observantissimi.

Inclusas preces Monialium SSmi Redemptoris Civitatis Schalensis placuit Eminentiss Vestris mihi remittere, ut adjunctas Constitutiones ab iis observandis una cum voto clausurae exacte perpenderem et animi mei sensum aperirem, cui quidem muneri ut plenius facerem satis, primum exquisivi sedulam informationem tum reddituum, quibus Moniales constituendae alerentur, tum communis voluntatis earundem pro sese subjiciendis clausurae; et comperii [!] redditus nedum fore satis idoneos ad eas alendas, verum etiam foundationem optime constitutam esse, et omnes Moniales libenter assentiri petitae clausurae, sicuti constat ex insertis documentis. Operam deinde dedi ad sedulo perscr-

tandas Constitutiones; cumque nonnulla demenda, et quam plura mihi visa fuerint aliqua reformatione digna, iccirco [!] in meliorem formam redigi curavi, easque ita correctas approbari posse censerem, nisi aliter iisdem Eminentissimis Vestris videatur, quorum interim manus humillime deosculor.

EE. VV.

Datum ex aedibus meis hac die 2 maji 1750.

Humillimus et addictissimus servus
F. Ioachim Card. Besutius.

DOCUMENTUM VIII. - *Formula approbationis.*

Praecedentem E.mi Relatoris sententiam amplexa est unanimes voce S. Concilii Congregatio die 9 maii cum additione ad dorsum manuscripti: «Die 9 maii. Pro approbatione iuxta votum E.mi Relatoris». Formula autem approbationis completa, quae dein Brevi pontificio inserta mansit et quam luce graphice impressam nuper edidimus (17), haec est:

Die 9 maji 1750. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem libellum remisit, attenta relatione Episcopi Scalensis et Ravellensis perpensoque voto Em.mi Domini Cardinalis Besutii ad huiusmodi negotium examinandum ab eadem Sacra Congregatione deputati, censuit, si Sanctitati Suae placuerit, supradictas Regulas cum perpetua Clausura in praefato Monasterio per suas litteras Apostolicas in forma Brevis approbari et confirmari posse.

Antonius Cardinalis Gentili, Praefectus
Iosèph Alexander Furiettus, Secretarius

[*Adest Sigillum*]

DOCUMENTUM IX. - *Breve pontificium approbationis.*

Absque mora ad S. Datarium causa remissa fuit, ut opportuno Brevi Pontificio (cum Regularum insertione) absolveretur, sicuti feliciter accidit die 8 sequentis mensis iunii, quo Breve promulgatum fuit in Arce Gandulphi. In minuta, quae apud Secretariam Brevium Vaticanam servatur, nonnullae formulae incompletae relinquuntur, ut ab officialibus iuxta Curiae stylum compleantur pro ipsius Brevis ultima redactione (18). Demum Breve hoc modo ad monasterium Scalense transmissum fuit, ubi adhuc in archivio monialium conservatur.

(17) R. TELLERÍA, *San Alfonso Maria de Ligorio I*, Madrid 1950, 48r-48z.

(18) Modus, quo impraesentiarum apud Secretariam Brevium documenta in volumine religato servantur, non respondet nisi criterio religatoris, nempe: a) fol. 86r, initium

Benedictus PP. XIV. Ad perpetuam rei Memoriam.

In supremo militantis Ecclesiae solio per ineffabilem divinae clementiae abundantiam constituti, ea, quae pro salubri personarum Religiosarum sub suavi Christi jugo, arctiorisque disciplinae instituto vota sua Deo reddere, uberesque bonorum operum, adspirante superni favoris aura proferre jugiter satagentium directione provide constituta, et ordinata esse dicuntur, ut firma atque inviolata consistant; Apostolici muniminis nostri, cum id a Nobis petitur, praesidio libenter constabilimus.

Cum itaque, sicut Dilectae in Christo Filiae Religiosae, seu Moniales Monasterii sub invocatione Sanctissimi Redemptoris Civitatis Schalensis Nobis nuper exponi fecerunt, postquam alias nempe anno 1719 Monasterium hujusmodi praevia tunc existentis Episcopi Schalensis licentia et approbatione fundatum fuerat, ipsae infrascriptas Regulas, seu Constitutiones, Ordinationesve pro viribus observare curaverint, illasque in posterum, quippe quod Monasterium hujusmodi in omnibus suis numeris absolutum, ac commodis redditibus sufficienti Monialium quantitate, quae deinceps communiter vivere possunt, provisum reperitur, paratae sese offerant, ac propterea Regulas hujusmodi, quo firmiter subsistant et serventur exactius Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio summopere desiderent, Regulae vero praedictae sunt tenoris sequentis, videlicet:

REGOLE PER LE MONACHE DEL SS. REDENTORE (Inseratur).

[*Deinde prosequitur*] Nos ipsarum exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et paenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum tamquam consequentiarum serie absolventes at absolutas fore censes, supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui relationem Venerabilis Fratris Blasii Episcopi Scalensis et Ravellensis super praemissis ad eosdem Cardinales transmissam, attenderunt ac votum dilecti nostri Joachimi ejusdem S. R. E. Presbyteri Cardinalis Besutii

Brevis - b) fol. 86v, [Regole per le] Monache del SS.mo Redentore (Inseratur) - c) fol. 87, supplicatio quae incipit « Beatissimo Padre » - d) fol. 87-96, textus Regularum - e) fol. 97-100, paginae albae - f) finis minutae Brevis cum subscriptione Benedicti XIV et cardinalis Dominici Passionei. - taxa: « Solvit 12 et car. 32 ».

nuncupati ad ejusmodi negotium examinandum ab eadem Congregatione deputati, perpenderit consilio, introscriptas Règulas seu Ordinationes aut Constitutiones pro Monialibus memorati Monasterii Sanctissimi Redemptoris Civitatis Scalensis accomodatas, cum perpetua Clausura in praedicto Monasterio in perpetuum observanda, auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus. Decernentes ipsas praesentes litteras et in eis contenta quaecumque semper firma, valida et efficacia existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari et ab eisdem respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quamvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac dicti Monasterii illiusque Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alias roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio et extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Dioec. sub annulo Piscatoris die 8 junii 1750, Pontificatus Nostri anno X.

Confirmatio Regularum seu Constitutionum cum declaratione perpetuae clausurae in praedicto Monasterio in posterum observanda est [?] iuxta decretum Congregationis Concilij cum insertione Regularum.

Placet P [*Pontifici*]
Dominicus Card. Passionei.

[*Ad oram minutae legitur*]: Pro Monasterio sub invocatione SSmi Redemptoris Civitatis Scalen.

DOCUMENTUM X. - *Votum Cappellani Maioris Galiani circa concessionem regii «Exsequatur» Brevi pontificio.*

Breve pontificium a Monialibus auctoritati regiae pro illius registratione et executione subiectum fuit. Prius autem quam Regia Camera S. Clarae «Exsequatur» concederet, voluit exquirere sententiam R.mi Caelestini Galiani, Cappellani Maioris; is denique die 11 septembris an. 1751, votum suum probatorium subscripsit, quod a Regia Camera die prima decembris eiusdem anni probatum Curiae Scalensi ac Monialium Superiorissae communicatum fuit. Tunc demum primis anni 1752 mensibus ad solemnem professionem cuncta sunt disposita simulque requisitus interventus Notarii Scalensis Francisci M. Verone, ex cuius instrumentis originalibus in Archivo Status Salernitano depositis (Protocolli notarili fasc. 6737, an. 1752-1754, fol. 102^v-152) extraximus infrascriptum votum Cappellani Maioris necnon actum publicum solemnem Monialium professionis (Doc. X-XI).

SACRA REAL MAESTÀ

Si è V. M. con Real Dispaccio per Segreteria di Stato Ecclesiastico del 28 aprile prossimo scorso degnata far rimettere alla Real Camera affinche intesa questa Curia [*Cappellani Maioris*] informi con suo parere una relazione di real ordine fatta dalla Regia Udienza di Salerno sul ricorso fatto dalle Monache del Conservatorio del SSmo Redentore della città di Scala supplicando il Regio exequatur al Breve, che hanno ottenuto dal Sommo Pontefice per la clausura, accompagnando la rappresentanza, che le fece il subalterno del Tribunale per le diligenze praticate per ordine dello stesso, ed havendo la Real Camera di S. Chiara con suo biglietto de 30 aprile prossimo scorso, rimettendo le dette scritture, partecipato a questa Curia il Real Comando deve in esecuzione del medesimo umilmente rappresentare alla Maestà Vostra, come la Regia Udienza di Salerno nella sua relazione ha umiliato alla Maestà Vostra che essendosi in esecuzione del Real Comando commesse le diligenze ad uno di quei subalterni il medesimo con sua rappresentanza riferisce d'aver appurato che il detto Conservatorio sin dall'anno 1634 eretto per disposizione di legato lasciato per tale effetto dal fù sacerdote Lorenzo della Mura, il quale in godimento di detto legato chiamò il Capitolo di quella città, quando in un determinato tempo non si fusse eretto detto Conservatorio: siccome ne appare l'iscrizione in marmoistente in esso, nel quale poiche si viveva senza distinte e particolari regole fù dal quondam Monsignor Falcoia, Vescovo di Castellamare, negli anni 1717 a 1719 introdotta la regola ed osservanza, che al presente da quelle religiose si osserva, e da allo-

ra in poi sempre il Vescovo vi ha tenuto cura particolare nella direzione.

Richiesti i Governanti di quella città di ridurre il Conservatorio in clausura risultava loro pregiudizio, ed intesero ed dai medesimi si esibì al detto subalterno una fede di istromento di capitolazione tra il Monistero e l'Università in data de 28 aprile 1720 contenente il consenso che dava la città, acciò il Conservatorio si fosse ridotto a clausura, ed una copia della conclusione pubblica de' 31 gennaio 1751, contenente che quei cittadini non solamente non conoscevano esser di pregiudizio alcuno a quel loro publico la grazia ottenuta dalla S. Sede col detto Breve Pontificio, ma bensì di grandissimo utile di tutti quei cittadini, che colle sole limosine dotali di ducati 200 ed il livello d'annui ducati cinque vi possono collocare le loro donzelle ed ancora li poveri di detta città hanno l'occasione di ponervi per converse le loro povere figlie, e da pari in detto Conservatorio ve ne [n'è?] bisogno, e fra queste devono essere preferite le cittadine, e con tal occasione si da la facoltà à Governanti di supplicare la Vostra Maestà à volersi degnare di concedere al Breve il Regio exequatur: motivo per cui per parte della città non si ritrova riparo alcuno al doversi il Conservatorio ridursi alla più rigida e stretta regola della clausura, siccome il Sindaco, gli Eletti e la parte più sana de cittadini hanno assicurato il subalterno, il quale essendosi abboccato col Vicario Generale in assenza del Vescovo di questa città gli ha riferito esser di particolar piacere del Vescovo e di tutti gli ecclesiastici qualora Vostra Maestà si compiacesse dare l'exequatur al Breve ridondando il tutto a gloria di Dio ed allo splendore della vita religiosa, per cui non incorrerà alcun riparo.

Queste sono le scritture rimesse a questa Curia, la quale però ha stimato appurare quali e quanti Monasterj di clausura e Conservatorj ritrovansi in quella città, ed have dalla relazione, che di sua commissione ha fatto quel Governatore, rilevato che nella medesima un solo monistero di clausura ritrovasi sotto il titolo di S. Cataldo, il quale è per la sola nobiltà, in guisa che non si ammettono nobili di altre piazze senza il consenso scritto di quella piazza, sicche per lo popolo ed ordine civile non vi è altro che il solo detto Conservatorio, il quale (secondo testimoniano il Cancelliere della Curia Vescovile ed il Sindaco ed Eletti di detta città) è stato sempre siccome è sotto la giurisdizione de Vescovi, ne

dalla fondazione del medesimo vi è notizia, giacche per le vicende de tempi tutte le scritture sono andate a male.

Dal Breve in questa Curia esibito si ricava, che le Religiose o sieno Monache del detto Monistero del SSmo Redentore di Scala hanno esposto al Sommo Pontefice, che dopo esser stato il medesimo nell'anno cioè 1719, precedente licenza ed approvazione del Vescovo di Scala, fondato hanno le medesime procurato di osservare alcune regole ed ordinazioni, che in detto Breve si trascrivono e si offeriscono per ottenere di osservarle, giacche il detto Monistero è compito di tutto punto e provveduto di rendite bastanti al mantenimento di sufficiente numero di monache, che possono comunemente vivere, e per la fermezza ed esatta osservanza delle medesime regole hanno domandata la conferma Apostolica. E con detto Breve col consiglio della Sagra Congregazione del Concilio, cui fù tal domanda dal Sommo Pontefice rimessa (la quale Congregazione volle la relazione del Vescovo di Scala e di Ravello, che s'inserisce) considerato il voto del cardinal Besozzi Ponente, si approvano e confermano le dette Regole, o siano Ordinazioni e Costituzioni per le Monache del SSmo Redentore di Scala con la perpetua Clausura da osservare in perpetuum in esso, non ostante qualunque Costituzione Apostolica ed ogni cosa in contrario, e per ultimo si prescrive doversi a transunti, o siano esemplari anche impressi, purchè sottoscritti da qualunque notajo publico, e col suo sugello di qualche persona costituita in dignità ecclesiastica prestarsi quella fede, che si conviene all'originale, come questo ed altro apparisce da detto Breve al quale si abbia relazione.

Dopo ciò questa Curia tenendo presente che nella relazione del subalterno della Regia Udienza di Salerno si esprimeva che dal passato Vescovo di Castellamare fu negl'anni 1717 e 1719 introdotta in quel Conservatorio la Regola ed osservanza e che d'allora in poi sempre l'Ordinario vi ha tenuto cura particolare nella direzione, e che il detto Conservatorio siccome testimoniano il Sindaco ed Eletti di Scala ed il Cancelliere di quella Curia Vescovile è stato sempre, siccome è al presente, sotto la giurisdizione de' Vescovi, ed il ridursi à clausura oltre il comune piacere è di utile à quei cittadini, non incontra la sudetta Curia riparo alcuno per cui possa Vostra Maestà degnarsi accordare il suo Real Assenso à tal riduzione, ed in questo caso potrà benanche Vostra Maestà degnarsi render consapevole questa Curia della Real deliberazione per potersi regolare su il domandato Regio exequatur

al Pontificio Breve. E questo è quanto occorre riferire a Vostra Maestà.

Da Casa in Napoli 11 settembre 1751

Di Vostra Maestà

umilissimo vassallo e cappellano
C[elestino] Galiano, Arcivescovo di Tessalonica
Onofrio Scassa - Francesco Albarelli

Die prima decembris 1751 Neapoli. Regalis Camera Sanctae Clarae providet, decernit atque mandat, quod exequatur Breve Pontificium. Hoc suum.

Castagnola

Fraggianni

Illustris marchio Danza, Praeses S. R. C., tempore subscriptionis impeditus. - Ceteri Illustres Aularum Praefecti tempore subscriptionis impediti.

Athanasius. Registro fol. 506 a t°

Praecedens apographum actis Notarii Francisci Verone adnexum cum originali contulit Curia Scalensis et ex officio ibidem adiunxit:

A suo proprio originali Regio Exequatur, quod una cum originali Brevis Apostolice approbationis Regularum sub titulo SSmi Redemptoris, proprie Monialibus Venerabilis Monasterii sub eodem titulo huius Civitatis, fuit per Ill.mum et R.mum D.num Blasium Chiarelli, Episcopum huiusmet Civitatis et Ravelli in actu executionis Brevis praedicti R.dae Priorissae eiusdem Ven. Monasterii traditum ad finem in Archivio praedicti Monasterii conservandi pro eius futura cautela, praesens copia extracta est factaque collatione concordat meliori... Et ad fidem praesentem fecimus et sigilli nostrae Episcopalis Curiae impressione munivimus.

Datum Scalis ex Episcopali Curia die 9 mensis maii 1752

Matthaeus canonicus Criscolo, Vicario generale

D. Simone Nastaro, de mandato Cancellarii.

DOCUMENTUM XI. - *Instrumentum publicum professionis solemnis.*

Franciscus M. Verone, notarius ad documenti oram enuntiat: «Professio et Praesentatio Brevis Apostolice cum copia Regii Exequatur approbationis Regularum et Constitutionum pro D.nis Monialibus Venerabilis Monasterii SSmi Redemptoris Scalen. ».

Die undecima mensis maii 1752.

In civitate Scalarum, et proprie in Venerabili monasterio olim SSmi Salvatoris, ad praesens SSmi Redemptoris Monialium civium eiusdem civitatis, cum licentia oretenus obtenta a R.mo D.no Generali Vicario eiusdem civitatis, ob diem festum.

A richiesta fattaci per parte dell'infrascritte RR. Signore Superiora, Vicaria e Monache del sudetto Ven. Monistero del SSmo Redentore, che prima chiamavasi del SSmo Salvatore, cioè della Signora Suor Maria Angiola del Cielo Superiora, Suor Maria Michele della Vittoria Vicaria, Suor Maria Catarina del Santo Bambino, Suor Maria Serafina del Paradiso, Suor Maria Raffaele della Carità, Suor Maria Maddalena del Santo Sepolcro, Suor Maria Gabriela dell'Umiltà, Suor Maria Teresa del SSmo Salvatore, Suor Maria Colomba delle Sante Piaghe, Suor Maria Felice de S. Chiodi, Suor Maria Rosa delle Sante Spine, Suor Maria Eletta della Divina Misericordia, Suor Maria Crocefissa della Mortificazione, Suor Maria Deodata del Santo Presepe, Suor Maria Anna Giuseppa di Gesù, Suor Maria Angelica del SSmo Salvatore, Suor Maria Celidonia della Divina Provvidenza, Suor Maria Margarita della SSma Trinità e Suor Maria Giacinta del SSmo Sacramento: tutte Superiora, Vicaria e Monache del detto Ven. Monistero del SSmo Redentore della sudetta città di Scala, ci siamo personalmente conferiti nella chiesa del predetto loro Ven. Monistero.

Ed ivi essendo abbiamo ritrovato starvi ancora l'Ill.mo e R.mo Signor D. Biaggio Chiarelli, Vescovo della sudetta città e di quella di Ravello colla maggior parte delli RR.mi Signori Dignità e Canonici del R.mo Capitolo della cattedrale Chiesa della sudetta città di Scala colla perpetua clausura in esso monistero, ottenuto dalla Maestà del Re Nostro Signore, che Dio guardi.

E volendo il detto Ill.mo e R.mo Monsignore Chiarelli, a suppliche delle sudette RR. Signore Superiora, Vicaria e Monache del Ven. Monistero dateli con loro Memoriale quello mandare in esecuzione, perciò il medesimo paratosi pontificalmente, accompagnato dagli RR.mi Signori Dignità e Canonici del detto R.mo Capitolo si è portato alla grata del comunicatorio corrispondente alla sudetta chiesa del anzidetto Ven. Monistero, e propriamente avanti il portellino di essa, ove gionto sedè in una sedia di seta ricamata con oro, ed avanti di esso nel detto portellino del sudetto comunicatorio dalla parte di dentro del monistero sudetto si accostarono tutte le sopradette Signore Religiose di esso Mo-

nistero, sì coriste come converse, le quali con ordine successivo una dopo l'altra in ginocchione, con alta e ben chiara e distinta voce, professarono e fecero voto di perpetua castità, totale povertà ed umile ubidienza a loro legittimi superiori, ed al sudetto Ill.mo e R.mo Monsignore Chiarelli e suoi successori pro tempore, e di perpetua clausura, il tutto servata la forma del di loro direttorio compreso nel detto Breve dell'approvazione delle predette di loro Regole e Costituzioni. Così promisero costantemente osservare, e ciascuna di esse giurò su del Santo Vangelo.

Compite le sudette solenni professioni per tutte le sopradette RR. Signore Religiose, così coriste come converse del detto Ven. Monistero, e per ciascuna di esse coll'ordine dovuto una dopo l'altra come sopra fatte, il sudetto Ill.mo e R.mo Monsignor Vescovo Chiarelli pubblicamente ed avanti non men delli sudetti R.mi Capitolari, che di tutto il popolo ivi concorso, consegnò alla sudetta R. Madre Superiora del predetto Ven. Monistero per il sudetto portellino della sudetta grata del predetto comunicatorio, per ove avevan professato, il sopradetto Breve originale dell'approvazione delle predette Regole e Costituzioni approvate dalla Santa Sede col sudetto Regio Exequatur, ottenuto dalla prefata Maestà del Rè nostro Signore, ad oggetto che quelli si fussero conservati per esse RR. Signore Superiora, Vicaria e Monache nell'Archivio che si tiene dentro del detto loro Ven. Monistero, e consegnò ancora a me sudetto Notajo copia in stampa del precitato Breve Apostolico dell'approvazione delle sudette Regole e Costituzioni con copia in forma valida del predetto Regio Exequatur ad oggetto d'inserirsi e conservarsi per me sudetto Notajo nel presente Atto per futura memoria e maggior sicurezza del detto Ven. Monistero, la qual copia in stampa del sudetto Breve colla sudetta copia del detto Regio Exequatur è della maniera che segue, cioè *Inseratur* (19).

Tutto ciò terminato, il detto Ill.mo e R.mo Monsignor Chiarelli s'alzò dalla sedia, ove stava seduto, ed in compagnia di tutti li detti R.mi Signori Capitolari e Popolo ivi concorso, si portò avanti la porta maggiore del detto Ven. Monistero, per la quale si entra in esso, ed ivi gionto quella chiuse con catenaccio e chiave, dichiarando il monistero sudetto di clausura, secondo i proprii

(19) Praeter apographum authenticum voti Cappellani Maioris, Notarius Franciscus M. Verone actis inserit exemplar Constitutionum paulo ante editum, nempe: *Costituzioni e Regole per le monache de' monasterj del SS. Redentore, il primo de' quali è stato eretto nella città di Scala. Approvate dalla Santa Sede Apostolica.* In Roma, l'anno del Giubileo 1750. Generoso Salomoni, nella piazza di S. Ignazio. Constat 72 pp.

termini del S. C. di Trento, la qual chiave della sudetta clausura fù poi dal detto Ill.mo e R.mo Monsignor Chiarelli consegnata all'Ill.mo e R.mo D. Emmanuele d'Afflitto, Arcidiacono del detto R.mo Capitolo e Patrizio della suddetta città, che destinò custode e Vicario di esso. Dal che tutti gl'astanti ne rendevano vive grazie al Signore, i quali per la tenerezza anche ne piansero. Finito tutto ciò dal detto Ill.mo e R.mo Monsignor Chiarelli, s'intonò Te Deum laudamus, che fù poi con dolce melodia seguitato a cantare da tutti gli R.mi Capitolari.

Quibus omnibus ita peractis, statim requisiti fuimus a praefatis RR. D.nis Superiora, Vicaria et Monialibus supra dicti Venerabilis Monasterii, ut publicum conficeremus Actum. Nos autem... Unde etc.

Praesentibus Iudice Magnifico Paulo Torre, Universitatis Atrani Regio ad contractus, Doctore D.no D. Andrea Battimelli, U. I. Dre., D.no D. Andrea Romano, D.no D. Iosepho Criscuolo, D.no D. Francisco Romano, Magnifico Iosepho Gambardella, et aliis.

DOCUMENTUM XII. - *Professio solemnis votorum.*

Quoniam de solemnitate votorum Monialium SSmi Redemptoris quandoque disceptatum fuit, instrumentum subdimus primae professionis quae a quattuor simul novitiis post supra relatam caeremoniam peracta an. 1753 fuit et quae nobis offert «typum» cunctarum subsequentium professionum. Instrumentum eruimus ex eodem Notario Francisco M. Veroné (fasc. 1737, an. 1753, f. 1).

Professio pro D.nabus Sor. Maria Cherubina et Sor. Maria Caelestina Romano; et Sor. Maria Emmanuele et Sor. Maria Illuminata Migliore [*Ad folii oram*].

Die primo mensis ianuarii millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio in civitate Sclarum et proprie in Venerabili Monasterio SSmi Redemptoris Monialium Civium eiusdem Civitatis, cum licentia oretenus obtenta ab Ill.mo et R.mo D.no Episcopo eiusdem Civitatis ob festum.

Requisitis Nobis ex parte D.narum Sororum Mariae Cherubinae et Mariae Caelestinae Divini Amoris, in saeculo D. Agathae et D. Fidelis Romano, filiarum legitimarum et naturalium D.ni Matthaei et D.nae Margaritae Baroniae huius civitatis Sclarum, et D.narum Sororis Mariae Emmanuelis Divini Sacramenti et Sororis Mariae Illuminatae Spiritus Sancti, in saeculo D. Annae Constantiae et D. Mariae Ioannae Migliore, filiarum legiti-

marum et naturalium D.ni D. Dominici et D.nae D. Theresiae Imbrogna civitatis Neapolis, personaliter nos contulimus ad ecclesiam praedicti Venerabilis Monasterii et ibidem dum essemus, invenimus ibi adstare Ill.mum et R.mum D. Blasium Chiarelli, eiusdem Civitatis ac illius Ravelli Episcopum, cum maiori parte R.morum D.norum Dignitatum et Canonicorum R.mi Capituli civitatis Sclarum, et decantata missa, idem Ill.mus et R.mus D.nus Episcopus se contulit ad cratem communicatorii correspondentem ad praedictam ecclesiam praefati monasterii.

Quo perventus sedit in sede holoserica acu picta, et coram adfuere praefatae Soror Maria Cherubina Dei, Soror Maria Caestina Divini Amoris, Soror Maria Emmanuele Divini Sacramenti et Soror Maria Illuminata Spiritus Sancti, in saeculo D. Agatha e D. Fidele Romano, ac D. Anna Constantia et D. Maria Ioanna Migliore, a parte tamen interiori eiusdem Venerabilis Monasterii, quae flexis genibus successive una post aliam solemnem professionem emiservunt, vovendo et promittendo omnipotenti Deo, Beatae Mariae semper Virgini, Sanctis Apostolis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, necnon Adm. R. Matri Sorori Mariae Angeli Caeli eiusdem Ven. Monasterii Superiorae, se ipsas et unamquamque ipsarum toto tempore earum vitae in dicto monasterio vivere in castitate, paupertate, obedientia et perpetua clausura sub Regula SSmi Redemptoris. Sic Deo adiuvante et ad sancta Dei Evangelia iuraverunt.

De quo omnes adstantes Deo omnipotenti dignas dederunt grates, et prae cordis pietate eorum luminibus non defuerunt fletus. Hisce percompletis, hymnus Te Deum laudamus, dulciter a RR. D.nis Monialibus monasterii praedicti fuit decantatus. Quibus omnibus peractis dictaque professione, ut praedicitur, sic facta, praefatae D.nae Soror Maria Emmanuel et Soror Maria Immaculata, in saeculo D. Constantia et D. Maria Ioanna Migliore, et Soror Maria Cherubina et Soror Maria Caestina, in saeculo D. Agatha et D. Fidelis Romano, statim requisiverunt nos ut publicum conficere deberemus actum. Nos autem. Unde etc.

Praesentibus Iudice Magnifico Paulo Torre, Universitatis Atrani Regio ad contractus, D.no D. Andrea Battimelli, D.no D. Philippo Criscuolo, D.no D. Iosepho Criscuolo, Magnifico Honuphrio Afeldro, et aliis.